LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 146r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

ut quia iam mala ptulerunt: & bonis fruantur: Quod his utiq; cōtin
git. qui contemptis terrestribus dijs & fragilibus bonis celestem religio
nem dei sequuntur. Cuius bona sicut ipse. qui tribuit sempitna sunt:
Quid opa corporis atq; animi. nonne indicant esse animam mortis exp
tem: Nam corpus quia ipsum fragile est atq; mortale: quecūq; opa molit:
eque caduca sunt: Nihil n. T. ait esse: quod sit manibus humanis labora
tum: quod non aliñ ad interitū redigatur: uel iniuria hōim vel ipsa īfec
trice omnium rerum vetustate: At vera animi opa uidemus eterna:
Nam qui cūq; contemptui pñtiu; stutentes in memoriam monumēta
ingeniorum factorumq; magnorum reliquerunt: Hi plane mentis sue
ac uirtutis nomen indelibile quesierunt: Ergo si opa corpis ideo mortalia
sunt: quia ipsum mortale est: sequitur ut anima ex eo īmortalis appareat:
Quia uidemus opa eius non esse mortalia. Eodem modo desideria quoq;
corpis animiq; declarant alterum esse mortale: alterum sempiternū Cor
pus n. nihil. nisi tempale desiderat: id est cibum: potum. indumentum:
quietem. voluptatem. & tamen hec ipsa sine mitu & adminculo aīmi nec
capere. nec assequi pōt: Animus autem p se multa desiderat: que ad offi
tium fructum ve corporis non redundent. eaq; non fragilia sed eterna
sunt: ut fama uirtutis: ut mēoria hominis Nam cultum dei: qui con
stat abstinentia cupiditatum ac libidinū: patientia doloris. contemptu
mortis: & contra corpus anima concupiscit: Vnde credibile non est in
terire animam. sed dissociari a corpore. Quia corpus sine animo ꝯ nihil
potest: Animus vero potest multa & magna sine corpore. Quid q ea:
que īuisibilia sunt oculis & tangibilia manu: Quia eternam uim pati
possunt: Ea vero: que neq; subtactum. neq; sub usum veniunt: sed tm̄
modo ius eorum & ratio & effectus apparet: eterna sunt: Quia nullā
uim patiuntur extrinsecus: Corpus autem si ideo mortale est: quia usui
pariter & tactui subiacet. Ergo & anima idcirco īmortalis est: Quia nec
tangi nec uideri pōt:

XII.
Contra lucretij ratiōes



Nunc argumenta eorum: qui contra dixerunt: refellamus: que
Lucretius tertio libro exequutus est: Qm̄ cum corpore inqt
anima nascitur: cum corpore intereat: necce est: At nō est par
vtriusq; ratio Solidum & comprehensibile corpus est & oculis & manu:
Anima vero tenuis & tactum usumq; fugiens. Corpus se terra fictū atq;
solidatum est. Anima nihil in se concreti nihil ponderis terreni habet:
ut plato disserebat: Nec n. tantam posset habere solertiam tantā vim
tantam celeritatem: nisi originem traheret e celo. Corpus igitur qm̄ fic

Plato.